



**R.D. Iacobi Merchantii Vitis Florigera**

**Merchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

73. In Festo S. Catharinæ, bipartita. Angelos suis mandavit de te; ut  
custodia[n]t te, super Aspidem & Basiliscum ambulabis & conculcabis  
leonem & draconem. Psal. 90.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

**Cantus Ecclesiæ ad quid inventus.** Itaquâ hic dicendum, quo d cantus Ecclesiasticus ad hoc prime invenius & ordinatus fuerit, ut vox sonora laus Dei exprimeretur, & qui audiunt, ad candem laudem cum devotione excitarentur. Et hoc verū est, sive loquamur de cantu chorali, sive de figurali. Choralem vocamus, qui uniplex: **Chorus** & si formiter suas notulas proferet & menfurat, qui & alio nomine vocatur Gregorianus, planus & antiquus cantus a Gregorio & Ambrosio & veteribus excutus. Quapropter & hi Cantorum Patroni vocari debent, & ab his coli. Figuralem vocamus eum, qui menfuram & notarum quantitatem variat, pro signorum ac figurarum inæqualitate, cum decreto & incremento prolationis. Ideo & alio nomine menfuralis cantus dicitur, varias menfuras ac figuratas admittens. Est vero utriusque usus, tam in mutis per se instrumentis, quam in viva hominis voce. Atque etiam hunc excoluit Pontifex Leo II. de quo sic legimus: *Leo II. Pontifex Maximus. Stetulus, humana & diuinis literis Graecis & Latine doctus. Musica etiam eruditus fuit. Ipsi enim sacros Hymnos & Psalmos in Ecclesiæ ad meliorem concentum redidit. Ita Breviarium Romanum 28. Iunii. Potest ergo & ipse, non minus quam Sancta Cœcilia, invocari & coli ut Patronus Musicorum & Cantorum. Ipselaudavit Deum in Hymnis & Cantibus, & alios idem facere docuit. Laudare autem Deum, est gratias agere de acceptis beneficiis, tam in universalí redēptione, quam in particulari sanctificatione nostra & iustificatione tendente ad glorificationem, in qua innumerā continentur beneficia. Quapropter hic dicere convenit illud: Cantabiles mibierant iustificationes tue, in loco peregrinationis mea. Quoties ergo tentatio supererat virtutum subjugatur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus infindandis deprehenditur, aut vitiosa & inverterata anima passio, perfectè sanatur, aut multum cupita & peccata virtus tandem Dei munere obtinetur, toties perfornat gratarum actio & vox laudis benedicasque Deus in singulis donis suis. Ingratus, alioqui est, qui non potest tunc Deo dicere: Cantabiles mibierant iustificationes tue, in loco peregrinationis mea. Hæc omnia ad iustificationem animæ ordinantur, & id incrementum iustitiae Christianæ, & præceptorum observationem integrum, properquam dictum est à Propheta:*

*Psal. 143. In alterio decachordo psalmam sibi. Quod enim Psalterium decachordum, nisi observato decem Præceptorum?*

Addamus, quod Musica, sive vox humana, sive instrumentis resonans, non solum ad demulcendas aures, sed & ad effectus erigendos, & ad harmoniam animi efficaciam apicissima sit. Quapropter omni ætate Musica usus fuit in Sacris, non ut inutilis voluptas & ludus, sed ut canticu animi redderentur tranquilliores, excitarentur ad cogitandam harmoniam divinæ gubernatio-

nis steterent ad motus aptos doctrinæ celestis, denique ut ipsa sententia eificacius moverent animos, cum accederet cantus.

Notum est, quod cum Prophete spiritum in se ipsis excitare solebant, piallendi peritum jubebant psallere, ut suavi invicta dulcedine spirituali infunderetur gratia. Sic de Elia dicitur, quod cum in seculo spiritum propheticum excitare revelleret, dixerit: Adducite mihi Psaltes. Cumque 4. Reg. 14 caneret Psaltes, facta est super eam manus Domini, & prophetavit.

Notandum quoque est, melodia fugari solitus spiritum malignum à Saul per Davidem. Sic enim 1. Reg. 16 habemus: Quandoque Spiritus malignus arripibat Saulum, & tollerbat David citharam, & percutiebat manus suas, & Saul levius habebat, & recedebat ab eo Spiritus malus. Sane magnam vim ad sedandas passiones, tam animi, quam corporis, in esse concen-tui musicis multis exemplis posset probari. Consequenter etiam valet ad compescendum agitatem, qui passionibus istis & humorum commotionibus seingerit. Dicendum tamen hic, quandam speciem vim Deum indisse Canticis Davidis psallentis & pulsantis citharam, tum ex materia laudis divine, quam ejus resonabant Canticum, tum ex eo quod votis & precibus sacris intercederet David pro Saul. Immo Eucherius hac de re sic dicit: Iste puer in cithara iuvaviter canens, malignum spiritum compescit, non quod cithara illius tantum virus inerat, sed quod figura forte Crucis Christi, qua de ligno & extensione membrorum mystice geratur, spagno Pessio cantabatur, & illa jam iam Damoni spiritus opprimebatur. Vide de hac cithara Incognitum in in Psal. 32. Vide quoque de multicordie Cantorum & Musicorum in antiquo Templo, 1. Paralip. cap. 25. & ibi Interpretes, ac specialiter Barradium in Evangelia, Tomo 2. lib. 4. cap. 54.

PRO FESTO S. CATHARINÆ MAR- LECT. 71.  
tyris & Virginis. bipartita

Angelis suis mandavit te, ut custodiant te. Super apidem & basilicum ambulabis, & conculeabis leonem & draconem, Psal. 90.

**M**os incubuit in Israel, ut quorannis filiis introduceret convenienter in unum, & plangerent filio. filiam Iepheth, Ducus populi: Quia cum Pater ex morte illam immolatus esset Dominus, petierat ipsa, ut duobus mensibus posset montes circumire cum fidibus suis, & plangere virginitatem suam. Quod & ei concessum fuit a Patre; Expl. Ind. 11. tisquæ duobus mensibus, revera est ad Patrem suum, & fecit ejusmodi reverentia.

Mos non absimile invulnerat in populo Christiano, qui Israel est secundum fidem, ut Virgines quorannis convenienter cum pietate in sacris ferentur. Vir-

Virginis Catharinae. Id vero fit, non ut eius plan-  
gant virginitatem, aut immolationem; sed prius  
est illi congratulenre, & congaudeare festivis ani-  
mis & coniunctis votis; ad ejusque imitationem fe-  
se ascendens: quia haec post Virginem Deiparam,  
quasi primiceria est & speculum Virginum, pre-  
mocans eximia castitate, sapientia, zelo, charitate,  
fortitudine. In hodierno igitur Virginum, populi-  
que pro confusu, aliquid nobis de ejus laudibus  
proponendum est, & è multis pauca delibanda,

Tria igitur porrissimum declarabimus ex The-  
mate proposito.

PARS I.  
quo Angeli  
S. Cathari-

Psal. 139.

Gen. 49.

Psal. 90.

Bery. in  
Psal. 90.

Angeli  
Virginum  
speciales  
tutores,  
&c.

Per notum est ex fide Christiana, Angelos à  
Deo mandatum accepisse de custodia homi-  
num, durante curriculo vita, ac via ejus infatuuo-  
sa ac insidiosa plena, quæ ad patram tendimus. Nem-  
rita custo-  
derint, & haec opus est continua custodia, quia superbi  
spiritus in via hac qua ambulamus, abscondentur  
laqueos nobis, & iuxta iter scandalum posuer-  
unt, cogitationes suppluantare gressus nostros. La-  
tetur in hac via coluber, in hac semica cerales, sive  
cornutus serpens, mordens angulas equi, ut cadat  
ascensor ejus retro, Insidiatur draco antiqua calca-  
neo nostro, & recte ambulantes in precipita tra-  
hent secum conatur, ita ut necclesia sit protectio  
à timore nocturno, & sagitta volante in die, à negotio  
per ambulare in tenebris, ab incursu & demonio  
meridiani. Hanc protectionem nobis ex speciali be-  
neficencia dignatus Deus impendere per caelestes  
suos ministros, ita ut hic possimus dicere S. Berna-  
rdi, Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid ap-  
poni erga eum cor tuum? Miram enim geris erga  
eum sollicititudinem! Mittis unguentum, immixti  
spiritum sanctum, promittis vulnus eum. Et, ne  
quid in celestibus vacet, ab opera sollicitudinis no-  
stra, beatos illos spiritus proper nos mittit in min-  
isterium: custodiis deputas nostræ, nostros iubes fieri  
pedagogos.

Sed licet generaliter verum sit, quod omni ho-  
mini custodia & auxilio exhibeat ab Angelis:  
scimus tamen, quod speciale omnino beneficia  
Angeli exhibeant Virginibus, & his qui casti-  
tatem singularem proficiunt. Est enim Angelis  
affinis & cognata virginitatis, tanquam imitatio  
quædam vita & puritas Angelicæ, ut docent &  
crebro in culcante SS. Patres. Quapropter S. Hiero-  
nymus afferit: Virginis est familiam quasi novam  
Angelorum, quam Christum in terra inipiuit, ut ha-  
beret Angelos in terris quæ ab Angelis adorabantur in  
celis. Ita ipse episcopus ad Eustochium, Cui confor-  
miter ait S. Ambrosius lib. 1. de Virginibus: Qui  
neget hanc vitam fluxisse de celo, quam non facile re-  
venimus in terram, nisi postquam Deus in bac terrenum  
corporis membra defecundit. Nem igitur miretur si An-  
geli comparentur quæ Angelorum Domino copulan-  
tur. Atque propterea Angeli tanquam Virginum  
speciales Tutores & Paramyphim speciale  
directionem, familiaritatem, communicatio-

nam eis exhibent; & quidem in omnibus viis, hoc  
est, ab adolescentia infanciam usque vitæ & vita hu-  
jus mortalis.

Hoc cum de pluribus Virginibus demonstrare  
facile sit, maxime tamen cluescit in B. Cathari-  
na Virginis & Martyre, in qua hæc promissio Do-  
mini perfecte adimplita est: Angelus suis mandavit  
dete, ut custodian te in omnibus viis tuis, in mani-  
bus portabant te &c.

Primo quidem, dum adhuc in tenera etate a-  
geret, dignatus est eam Dominus despousare spe-  
ciali ceremonia in medio Angelorum aggratulan-  
tum. Rem sic referunt graves Autores: Naturali Per, de Na-  
venustate corporis mentisque pollebat S. Catha-  
rina adolescentulæ, sed nec dum Baptismum fu-  
tebat in viis, ad eo Re-  
cepserat, quo supernaturalis decor adiicitur, labo-  
peccati extera. Apparuit autem ei Virgo Dei-  
paræ in nocturno quadam somnio, vel revelatio-  
nes gestans puperum suum Iesum candidum & ru-  
bicundum ulois suis maternis, è cuius facie mi-  
rus splendor promicabat, Catharinam mire affi-  
ctus, Igitur Deipara Filio suo offerebat Catha-  
rinam, at ille repellebat, & faciem ab ea averte-  
bat, dicens haudquælibet sibi placere, eo quod  
non foret Baptismo ahsuta; ideoque deformita-  
tem in ei in cœlo, quæ non nisi latrato a quæ in verbo  
vita tolli posset. Admirata est Catharina, & jo-  
tellexit quid libi decisset: ut ergo se dignam rancio  
splendore facies Iesu redderer, ad Baptismum  
properavit & se Christianam effecit. Paulo post  
ei rursus Christus apparuit, & annulo speciali  
cam libi desponti in præsencia Matri sue, & annulo s.  
multorum Angelorum. Cumque illam somnum  
esse existimat, experientia reperit annulū, quem  
tanquam sacri pignus amoris omnibus diebus vi-  
dit, & tunc adserivat sanctissime. Hinc S. Catharina  
à nonnullis pingitur apud Deiparam in ulnis Is-  
sus gestantem; digitō quo Catharina annulum  
inserente.

Nec tibi hoc parum credibile videatur, cum Diversis  
bonnulis in symbolum virginitatis & puritatis SS. annulis  
animæ, quæ in spirituali cum Christo connubio cœlitus  
reperiuntur, apnolus etiam materiales cœlitus da-  
dati. nos non ignorremus. Notum est de annulo Catha-  
rinæ Senensis, quæ & Catharinæ nomen ab hac  
nostra Virgine & Martyre sortita est, quo eam  
Christus despontavit, dum vacaret penitentia  
in Bachanalibus, quando mundani vacanæ luxu-  
riæ. Tuncque ei dixit: Ego Salvator tuus te mihi  
despondeo in fide, quæ perdurabit ex hac hora immu-  
tabilis, donec in nuptiis æternis me facias faciem  
perficiaris. Adhuc hodie fervantur annulus iste in  
Monasterio Virginum S. Dominici, dicto, Maga-  
nopolis, Romæ.

Sic Colonæ apud PP. Augustinianos exhibe-  
tur visendus & honorandus annulus S. Agnetis, &  
quem putant à Christo Sponsa acceptum; ideoque  
merito potuisse canere: Annulo flos sub barbare his me  
Dominum.

Vide ejus  
vitam.

Virginius dixit imaginis in feruit; incutptum autem gerebat, Ave Maria. Qui quidem annulus post mortem ei cælestis est redditus, & dixit ejus insertus, de quo alibi dixi.

Raius in Sic desique & annulum accepit à B. Virginie Ma-  
Autario ria compositum ex cinclinis capitis ejusdem  
Sept. 8. Deipara, B. Alanus à Rupe Ord. S. Dominic, ut  
hoc haberet symbolum specialis affectus, symbo-  
lumque quo monstraret Virginis gloriam per Ro-  
farium totu[m] affectu[m] promovere

Porro annulum hunc, de quo agimus, volui  
Dominus S. Catharinae coram Angelis multitudi-  
nem tradere, quia hi sunt Paronymphi nupciarum  
illarum, quae vel per Baptismum, vel specialius  
per virginitatem votum cum Christo contrahen-  
tur. Ipsu sunt amici sponsi; Sponsaque custodes  
& duxores, qui hanc debent sibi commissam non  
solum custodire, sed etiam adorare, ac tandem  
in aeternum thalamum introducere. Nam ex tunc  
S. Cath. aegit porrum de S. Catharina dici: *Angeli suis*  
*prima eti mandari de te, ut sustiniant te in omnibus viis suis*  
*te angelis.* Ex eorum direccione & instinctu factum est,  
cum vitam Angelicam a prima etate duceret, ad  
autem peripetere sapientiam, tan in divinis

*duxit. Et tanta pergetur sapientiam, tam in avibus, quam humanis literis, ut quoslibet hujus saeculi sapientes superare posset & convincere. Cum ardore enim fidei studia litterarum miro fodore copulavit, & cum esset nobilissimus & perspicacissimi ingenii, illud humanis divinisque litteris tanto magis nobilitavit, ac eloquentia luce decoravit. De hac generaliter Nobiles, quorum aliqui necnia quo studio facta scientiam & eruditio-  
nem alspemantur, sic admonet B. Ennodius Ora. 3. Reddite vos, studendo origini, reddite nat-  
libus lectione. Naturae lucem subar dictioribus ostendat. Multiplicate sciebita scientia. Parentium titu-  
los, ornata eruditiose decor a Majorum. Fulvi nobili-  
tatem metalli nisi ad unguem manus ducas artificis,  
maternis pene bebetatur in tenebris. Et si non magis  
straria politione veneficatur, nibilis prodes fulsimus,  
quam vena concessiva. Adjuvatur Doctore inducitur  
doloribus sanguina: Et nisi limita non rutillantilla,  
qua fieriunt prærogativa nascenti. Hæc ille ele-  
gant.*

*An dicit sexum fam. doctrina in- cumberet.*

*1. Tim. 2.*

Neque hic quipiam dixerit, non decere infirmorum sexum solum in doctrina incumbere, ad quem non spectat docere sed potius linum lanarium tractare, & humiliari in silentio, qua necessaria sunt ad salutem & instrucionem ex ore doceant expiere. Liceat enim hoc verum sit communiter loquendo, dicente Apostolo: *Mulier in silentio dicas cum omni subjectione; docere autem mulieribus non permisit.* Quia scilicet Ecclesia & cetero publico mulier docere non debet, nec etiam privatim, quasi ex officio & auctoritate. Attamen quadam mulieribus aut virginibus elegit Deus, ut forent instrumenta conversionis a-

liorum: ideoque eas & spiritu sapientiae replevit, et humana doctrina experte esse noluit. Hinc etiam voluit quicdam prophetie dono celebres esse, ut notum est, tum ex veteri, cum ex novo Testamento, atque etiam ex Historia Ecclesiastica. Quapropter sedis de hac re loquitur Origenes in cap. 4. & 5. iudicium: *Praefata non minimam am consolationem mulierum sexus provocat eas non insfrimitate sexus deferunt, etiam prophetia graiae et pacis feriunt: sed intelligant credant: quod meister hanc gratiam paritas mentis, non diversitas sexus.* Delbora quippe, *qua spes interpretatur, in prophetia forma veritatur.* Ceterum quam si, quoniam omnis propheta suaves celestis doctrina favet, *& dulcia diviniti eliqui mella componat, ut dicit David: Quam dulcia saucibus metu eloquiatu! Haec illa.*

**V**mitaque Deus elegistit B. Catharinam, tan- **PAS. II.**  
**Q**quam instrumentum libi gloriosum ad con- **BUS. APO.**  
versionem multorum, & ad confusione*misi* **l. 5. Ca.**  
delium, voluit eam repleti non solum scientia **ad**  
humana per speciale studium, sed etiam divina **ad**  
per angelicum ministerium. Ideoque Angeli in-  
mandavit, non solum ut custodirent, eam sed et  
iam ut dicere & illuminarent eam, ad conci-  
piendum spiritum sapientiae & intellectus. Qui  
nimo eloquentia admirabiliter donec eam conspi-  
cum redidit, & ad persuadendum efficacem. An  
non donum istud manifeste patuit multe eti-  
(**C**ontra **S**aint **F**elicem)

que efficiam ferenter permuli, non valente re. Ad 6,  
sister sapientie & spiritus qui loquebatur in ea, &  
per eam? Audi in particulari.

Primo quidem eam expertus est Imperator Sapientius  
Maximus, ad quem idolis in templo immo. S. Cathar-  
lanum, & cunctum populum suo edicto excep-  
to plad ad idem cogentem, vel ad supplicia immania effigies  
renientes condemnantem, accessit liberum gressu ut  
liberaque voce, fulsitudinem, que in dolorum fallo-  
rumque Deorum cultu inerat, eruditissimis ratio-  
nibus, eloquentissime demonstrans, Christum &  
vnum Deum, ac fidem eius esse necessariam ad sa-  
lutem, efficaciter a deo argumentatione comproba-  
rit, ut attentonit staret Imperator, ad eum sapien-  
tiam & eloquentiam. O quam vere potest ipsa di-  
cere illud: Loguebar de testimoniis suis in confessione Psal. 118.  
Regum. Et non confundebatur. A dimicabatur nempe  
in ea illud Evangelicum: Ante Reges & Praefatos Matth. 10  
ducimur propter me, in testimonium illis & genitibus:  
hoc est, ad illorum salutem, si credere volerint  
doctrinam à vobis traditam; vel ad confusione, si  
testimonium vestrum repudiantur; quod proprio  
obligare sanguine non renuitis. Neque vero ex-  
spectavit ora regio de sanguine Catharina  
(Christianum tamen sanguinem pluris existimat) ut ad Reges & Praefatos diceretur, sed ipso eos  
accessit zelo zela pro Domino Deus exercitu-  
num, licet sibi capitum imminentem sciret periculum.  
Nempe nihil urgenter charitate Dei, que  
efficit,

efficit, ut sine ullius metu qui corde credunt ad iustitiam, ore confiteantur ad salutem, aberrantesque à vera confessione libera incepint mente & voce.

**2. Oratores** Secundo experti sunt Oratores & Philosophi ab Imperatore convocati Virginis Catharinæ sapientiam, & spiritus eius efficaciam. Quia tandem post multas ultra citroque allatas, publico in confessu shar. agnitiones, se viatos fassi sunt, & intellectum corque verunt,

rum captivum tradiderunt per officium Christi, Christianorumque fidei. Atque hic etiam illud manifeste claruit de Catharina: Angelis suis mandavisti te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: Nam paulo prius quam e custodia educeretur, ut in conspectu Regis & Oratorum eius adduceretur, aperuit ei Angelus, & dixit: Noli timere, Dei puerilla, in vita S. Cathar.

**Ita Meth.** Secunda tu quoque eris redempta corona Martyrum. Via nempe ista, quam ingrediebatur Catharina, videri poterat periculosa, disputare scilicet cum Eximis & Philosophis & Oratoribus adolescentularum, que variis eorum tricis, & subtilitaribus poterat implicari & succumbere, seque fidemque suam ludibrio exponere. Sed non veretur in hac arenam descendere, fecuta de Palma & Victoria Angelii premonitione, cuiusque fulsa auxilio. O felix Victoria non solum vincenti, sed maxime iustificanti, qui subito facti sunt Christi discipuli & Theodidae, si in effectu sunt Christi Achiles fortis, & extimii Martyres, O providentia Dei admirabilis! O prædestinatio efficax & suavis! O misericordia grandis! Illi enim uox hora rapuerunt regnum celorum, cum non tota vita laboremus, & adhuc dubii hęcramus, ut illud lucerur simus. Illi una hora certiores coronam nati sunt, & cito peruenierunt ad triumphum nos in studio multis annis permanentes, ignoramus quis finis futurus sit certaminis. Igni etenim ab Imperatore furentur ad dictum, in proprio sanguine baptizari, lauream Martirii adpreseimus. Sic de illis dicere possumus, quod de nonnullis Catechumenis ad Martyrium rapitis dicebat S. Ambrosius: inter religionis principia sunt consummati, & nondum De legibus fisi, plene maneficiatis, iam erant Deo pleni. Atque ita peruenture ad calos turris meruerant prius elevarе fastigium, quam disponerent fundamentum. Nondum Sacramentorum confici, in sacrificium sunt electi. Hac S. Ambrosius, serm. de S. Nazario. Electionis porro eorum symbolum fuit, quod licet ignis interempti forent, eorum tamen corpora integræ à fidelibus repetita fuerint. Adeo, ut nec pilos quidem eorum à flamma consumptus fuerit, nec vestimenta aliquatenus adfusa. Sic voluit Deus, ut in ignem nulli animas redirentur celo; corpora autem integræ & illefa relinquerent terræ, ad admirationem & conversionem infidelium, ad confirmationem vero fidicium.

Itaque sicur devoravit virga Aaronis virgas S. Vitius floriger.

piuent & Magorum Ægypti adversus Moysen disceptantium, præseante Pharone: Ita Virga Christi, hoc est doctrina eius, profecta per Catharinam, devoravit doctrinam Sapientum & Oratorum præseante Imperatore, & adimpletum est illud Propheta: Perdam sapientiam Sapientum, & pruden- I. Cor. 1. denum prudenter reprobabo. Illud quoque ex parte S. Catharinæ adimpletum cerimonius: Super initios meos prudentem me fecisti in mandato tuo. Super annos docentes me inservi: Super senes intelligi: Psal. 118. Denique & illud: Spiritu principali confirmame, Psal. 50. docebo iniquos vias tuas & impia ad te converterem. Quapropter non solum Philosophi Studiosi, sed & illi qui aliorum incumbunt conversioni, & quibus certamen est & disceptatio cum infidelibus aut hereticis, B. Catharinæ, Virginis zelocissimæ & sapientissimæ, solent patrociniū implorare, ac spiratum,

Tertiō experti sunt Catharinæ per efficacem sapientiam, & dicendi gratiam, Imperatrix uxor Matrix & ximini, & Porphyrius Dux bellum. Cum enim Imperatrix auditio rumore de Catharina præclaris dos cum suis tribus, cum natura, tum animi & ingenii, flagraret sapientiam desiderio eam videndi & audiendi, à Porphyrio S. Cathar.

Dux comitantibus ducentis milibus ad eam in na experientur.

carceri fuit introducta; statimque rapta est Imperatrix,

divina que in Virgine effulgebat gratia, audiens igitur ex ore eius mellifluo veritatem fidicem Christinam, ad pedes eius procidit cum lachrymis lacrimis. Tunc quoque ei Catharina dixit: Beata es, & Imperatrix, quia in Angelorum manibus in uero coronam sui capiti in altum elatum, quia post tertium diem redimita pro proficeris per Martyrium ad veram Regem perpetuam regnatur. Ergo & hic surrus elutus, quem fuerit Angelus S. Catharina familiaris, continuo ab illis custodita in omnibus viis, hoc est, in omni opere suo & progressu ab illisque adiuta ad aliorum conversionem: quia Deus cooperari in animarum conversione angelicum opus est, ut dixit S. Dionysius. Quapropter Catharina adhuc est & eius fidem amplexa est, cooperantibus Angelis, non solum Imperatrix, sed etiam Porphyrius Dux bellum cum ducentis suis milibus: qui omnes paulo post fortiter pro veritate gladio caput subiecserunt & Martirio coronati sunt. Ecce, ubi Deus magister S. Leo hom. est, quām eiō dicitur quod docetur! Verē digitur de Pecc. Dei est hic; hac mutantio dextra excelsis, quam subiō efficeri potuit per vocem humiliæ ancillæ suæ. Benedictus Deus, qui per manum sominæ hande dedit victorianam super tot ferros animos ad Christum conversos, tantumque cum constantia pro ipsius glorria ducientes. Sic patet hic quam verum sit illud:

Hac est Victoria que vincit mundum, & fides nostra, quā est qui vincit mundum, nif qui credit, quia I. Ioan. 5. Jesus Christus est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem; non in aqua solam, sed in aqua & sanguine: quia, Interpret. S. Hieronymo epist. 3. & S. Augustino l. 2. de symb. c. 5. dupl. attulit Baptismum, unum fluminis, alterum sanguinis.

348  
Quocirca si milites per fidem vincentes & in Is-  
sum Filium Dei credentes non potuerunt per aquam  
abluui; in sanguine suo fuit abluci, sicut & Philo-  
sophi de quibus antea dictum est. Si omnes illi vice-  
runt mundum & seculum, & transierunt ad re-  
gnum eternum: fueruntque tamquam Avantguar-  
dia, sive tamquam acies praecedens Catharinam.  
Ducem statim fecuram ad triumphum, post plen-  
um de hoste victoriem, quam Angelis pro se di-  
micibus reportatura mox erat. Quare sic Ca-  
tharinam loquenter introducit Poeta:

*Ite triumphales anima superare Tyrannum.  
Ite alacres, hodie vobis referuntur Olympi  
Limina. Momentum mors est. Vbi transi, aether  
Panditur, & liber penit ignea spiritus astra;  
Ite domos cœli, sanctosque invrate Penates.  
Ite, sequar Nec vos sacri iatura laetari,  
Terreat, abrodet scelus omne salutifer ignis.*

## PARS III.

Quomodo S.

Catharina  
super aspi-  
dens & ba-  
siliscum  
ambulave-  
rit.

Maximi-  
nus aspis-  
veneno  
plenus.

Psal. 57.

Maximin.  
fuit Bas-  
iliscus.

Sur. c. 14.  
ex Met.

**H**ec est Victoria de qua regis in excellexeris il-  
lud quod in Thematice nostro subsequitur: Su-  
per apidem & basiliscum ambulabis, & concubabis  
leonem & draconem. An non hic representatur apte  
Maximus, & in eo Daemon superatus & concul-  
catus per auxiliam Christi Catharinam? Audi spe-  
cialius:

1. Aspicio fuit Maximinus serpens veneno plenus; multisque inficiens per idolatriæ virus, in ca-  
verna morabatur infidelitas & impioratus. Acce-  
dit ad eum Catharina, tamquam sapientia inan-  
trix, ut eius cor immurus verbo predicationis &  
è caverna evocaret, in lucem que eum adduceret sa-  
pientissimus fidei rationibus. Verum nihil profecit  
ipso obturante aures cordis, ne illuc pertinge-  
ret vox verbi coelestis. Videlicet haec vocem immu-  
scordia Oratorum, cor Imperatricis, cor Porphy-  
rii Ducis, ac militum eius; furorem concepit, in-  
fanavit, & tantò se magis obfirmavit, aures obtu-  
rans suas pulvere terrena potestatis, & cauda pes-  
simæ voluntatis, ut in Catharinam sapientiam ad  
omnium corda loquenter levaret, & in om-  
nes qui eius vocem & fidem sectarentur. Quapropter apprimè ei illud Psalmographi convenit:

*Favor illi secundum similitudinem serpens, sicut  
aspidis sarda & obturantis aures suas; que non exau-  
det vocem incantantium, & venefici incantantis  
sapienter.*

2. Basiliscus quoque fuit Maximinus, qui & Regulus dicitur, quasi Rex serpentum. Gerit enim  
serpens ille caput, quasi alba corona linceum.  
Adeo vero noxius est, ut & visu solo, & afflari  
se libello valeat inficere & interficere, teste Plinio,  
Solino, & aliis. Gerebat caput coronæ redimiculum  
Maximus, que licet speciosa videtur, non  
distatamen venenum spirabat. Catharinam minus  
& a spectu ubi non potuit terere, huiusc coro-  
ne participatione voluit allucere, promittens cum  
illa imperium dividere, & in regiam suam recipere.

res si virus suum spargebat Basiliscus, quo fidem  
in ea verano afflare & libido pestilecti interimeret.  
Ac illa? Depone ὁ Imperator fictionem, nec imiter  
dolum vulpis, & malitiam serpentis. Ego dixi Iemel  
me Christianam, & veni ut ejem Sponsa Christi, &  
habeo eum solam Sponsum & ornatum virginis  
et purpura Regis. An non hoc erat ambulare super  
aspidem & basiliscum, & omnes eius venenum con-  
terere & proculese?

3. In Leonis formam tandem se transulit fure Mati-  
rugens, qui blanditus nihil poruerat. Quare pri-  
mum can bonum nervis toto crudelissime corpore rugit,  
cædi justis, ita ut sanguis rivi proflueret, dolorque  
incorribilis cieretus. Quem cum ipsa constanter & carbo  
& fortis perspicie esset, in custodiā detinatur na-  
per duodecim dies, sine cibi ullius ministerio. Ne gelu in-  
tamen eam detinuerit Deus, sed per Angelos tam fūs, &  
visitavit, & solarium ac fortitudinem ei impetravit; per colum-  
ac per columbam ei cibum quoridie ministravit, bani-  
qui per corvum olim sustentavit Prophetam. Ergo iur.  
& hic rufus videmus adimplerum illud: *Angelis  
fūs mandavit de te &c.* Dum homines defunt, ad-  
sunt Angeli ministriantes; adiungit & irrationabiles,  
si opus fuerit, creare ut obsequium impendentes. Et  
nonne apte Columba ad animam hanc columbinam  
candidam & castam, mansuerans & felle carentem  
destinatur, ut & cibum suppediceret, & lauream pro-  
mittat, ac olive ramum affuet, quo mox coronanda  
est evolans ex hac arca corporis ad locum pacis?

Inferior vide quomodo se & claudit furor Leo-  
nis nostri rugiens & saeviens in columbam vel  
agellam. *Crudelii namque subtilitatee, & subtili-  
er crudelitate expeditur rotta crebris & acutis pīfixī  
gladiis, ut Virginis corpus quaqua versum saevissi-  
mē dilaceretur. Sic nova tempest in Martyres exco-  
gitabit tormenta ingeniosa crudelitas, ut ad cor-  
pus unum torquendum pīpe plura adscensu sup-  
plicia, quam membra. Sed plerumque alter disponente  
de suis Martyribus divina Providentia, me-  
ditati sunt inania. Sic hīc contigit. Nam ferale  
illa machina ad quam alligabatur Virgo castissi-  
ma, mox ipsa orante, & Angelo adventante con-  
fracta est. Martyr ergo nostra soluta fuit à ferro, &  
totis, & vinculis partques rotta, nonnullos ex infi-  
delibus interemerunt ibi presentes. Ica factum est,  
ut multi hoc miraculo fidem amplectentur. Ag-  
nosce, & Maximine, quomodo Angelis suis Deus  
mandavit, ut custodiā cam, Agnosce quod fru-  
stra tamquam Leo fremas, & ingenium tuum tor-  
quas excogitando nova crudelitatis instrumenta.  
Tibi destinata est Rota, non illi: quia de te & cui  
similibus scriptis efficiuntur: *Pone eos ut rotam psal. 8.  
ante faciem venis. Postquam sursum deossum per  
superbiā, impatiētiā, crudelitatem rotas  
fueris, & de peccatis in peccata voluntatis & prae-  
cipitatis, Rotas aeternas affigēris, & à vento divinis ju-  
stitia aeternam perdurantem, volubiliteris de pe-  
na in peccatum, de tormento in tormentum, de sup-  
plicio**

plicio in supplicium. O infelix revolutio saeculorum super te!

**Maximus Draco fuit.**  
Apoc. 8. 2.

4. Concludamus, & dicamus etiam Draconem fuisse Maximum Tyrannum, quia membrum praecipuum fuit illius Draconis qui dicitur traxisse tauda sua tertiam partem stellarum in terram, sive illus qui trans in litora maris belabat contra mulierem, & semen eius, qui, misit ex ore suo spongiam aquam tanquam fumen, ut eam faceret trahere a volamine. Nonne ex ore suo aquam misit in mulierem Maximus Tyrannus, dum edita promulgavit contra Ecclesiam sponsam Christi, eiusque semen sacram, hoc est, eos qui habent testimonium Iesu Christi. De hoc semine erat Catharina, quam perdere quaquā vīa sitagit. Quid est aliud flumen aqua quod evomuit contra mulierem & semen eius, quam persecutio continua qua fidem absorberis est? Quid rufus aliud est, e cœlo trahere causā sua partem stellarum, quam prava doctrina & suggestione illos qui coelestes erant, & velut stellæ in firmamento Ecclesiæ effulgebant, ad idolatriam & terrenos errores de solvere, & huius saeculi flagitiis velut aqua profundis velle mergere? Sed vobis potuit Draco iste in mulierem, nec in feme eius sacram, quia ei promiserat Dominus: Super apidem & basilicum ambulabis, & conculcas leonem & draconem. Ecce Catharina conculcat hunc saevissimum draconem, & in gloriam conculcabit in aquis stygiis demergere eum, tentantiam cum iudice æterno adversus ipsum pronunciatur. Quapropter depingi soler cum gladio in manu, & rotat a latere, & capite Imperatoris sub pedibus. Quibus quidem significatur eius victoria, quam per gladium quo decollata fuit, & per rotam quam confrigit, de Tyranno reportavit æternum vitium.

## LECTIO II.

De morte S. Catharinae, ac miracula subsecutis.

**Mors S. Catharinae tribus specialiter miraculis legitur illustrata.** Primum est, quod modis illistratis Angeli, mox ubi reddidit spiritum, eius corpus in montem Sinai detulerunt, & ibi sepelierunt eam. Exaudiens enim eum oratione Dominus, quam paulo ante mortem in loco Martyrii obulerat, Sublato namque in cœlum animo, oculisque ac manus, sic orasse legitur: Domine Iesu Christe, ago tibi gratias, quod statisti supra petram pedes meos, & direxisti gressus meos; & nunc exinde palaus que pro me in Cruce fuerunt sauciatæ, & suscepit animam, quam sacrificari protæ & sua confessione; Memento quod sumus caro & sanguis, & quod per ignorantiam deliqui, ne ante tuum terriblem tribunal representari permittas; sed in sanguine quem pro te fudi, maculas meas ablue. Da autem ut hoc corpus, quod pro te facti conciissum, non possit adspicere ab inquisitoribus. Aspice etiam ad populum hunc, & deduc eos in lumine tuae agnitionis. Da quoque in qua per me invocant nomen sanctum tuum petitiones eis

conductibiles, ut per omnia laudentur tua magnalia nunc & in secula. Exaudivit igitur Deus & qui per Angelos in omnibus eam viis custodierat, in morte quoque per eos voluit eam honorare, dum ad sepulcrum adeo sublimè & nobile angelico deseretur obsequio, angelicusque hymnus eius exequie celebratur. Non potest dubium esse, quin sublimi loco in celis eius animam collocari, qui in terris illatis & excelsis ad eo loco corpus compofuerunt in sepulcro. Evidem & Angelico credimus ministerio corpus Moysis sepultum à Domino, sed ignoro, nec tam nobili loco. Illus ergo monrem, quem suū Dominus praesentia in igne & fulgere legem promulgans honorarat, cuique tunc accessum prohibuerat, ad radicem montis harense & horreum populo; Virginis huius & Martyris corpore ac praesentia voluit ornare, que legis divisione non solum observari, sed & Doctrinæ extiterat eximia, à totis saeculis celebranda; Sic honorabatur, quem Rex voluerit honorari.

Certè corpora Sanctorum vultu honorari Deus, Corpora & honorificè sepeliri, qui non solum Angelorum, Sanctorum sed etiam animalium irrationalium ministerio etiam venerandoque usus est ad eorum custodiā, ut sepulta venerata facia postmodum condecorarentur à Fidelib. ita sunt.

Sic corpus S. Eadmundi Regis Anglorum & Surius 20. Martyris custodiret lupus a feris, cum impii illud Nov. post interceptionem in loco horrido sentibus occularent, ut ibi putreficeret.

Sic corpus S. Stanislai per agros sparsum custodiret Aquila adolantes, donec eadventarent Canonici Cracovienses.

Sic corpus corpus S. Vincentii Martyris mirabiliter protervit, quasi excubias ei impendens, ne læderetur ex exteris belluis.

Sic corpus S. Alexandri Martyris in flumen projectum quatuor canes eduxerunt, & linguis suis il lud lambentes custodierunt, donec mater advenit, cui quidem advenienti occurrerunt caesisti, & deduxerunt eam ad corpus filii via directam. Quod quidem cum aromatis unxit & sepelivit: cumque in sepulcra ista Psalmos cantaret, Angelii multi audi sunt eos cum ea decantare.

Norūm est de S. Clemente, quomodo ei ad cūlam marmorean in templiforme, & arcā lapideam fabricari int̄ Angeli, cum in mare diecūm fuisset anchora alligatum, mare autem ad tria millia et quattuorcenta recedebat sc̄ptum diebus, ut Christiani ad hanc possent accedere & diculam, Martyrem honorare.

Denique Angeli sepulturam S. Agathæ, & eius monumentum Epitaphio ei ad penso condecorasse leguntur. Ergo hic rufum reperimus: Sic honorabatur, quem Rex voluerit honorari. Sublimè certè honorem debemus S. Catharinae, quam si Deus honoravit, ut non solum in monte Sinai voluerit sepeliri, sed ut Ecclesia canat, in summitate montis Sinai. Hic locus si debetur, que ad summitatem & verticem perfectionis pertinet.

xx 2 Alte.